Augustinus, Aurelius: Opuscula
Strassburg: Martin Flach (printer of Strassburg), 20 Mar. 1489, 1489 Seite 417



titudinis cōtineret. Multa ꝟo q̃ popu/
lo hebreo: ħ est sub eodē vno deo cōpedi
te mľtitudini erāt imposita: ab actōne re
mota sunt: in fide atq; interp̄tatōe māse/
runt. Ita nec nūc seruiliter alligāt: ſʒ ex/
ercent liberaliter animū. Quisq; autē iō
negat vtrūq; testamentū ab vno deo esse
posse: q2 nō eisdē sacramētis tenenꝛ popu
lus noster q̇bꝫ iudei tenebanꝛ: vel adhuc
tenenꝛ: potest dicere nō posse fieri: vt vnꝰ
paterfamilias iustissimꝰ: aliud impet eis
quibꝫ ſuitutē duriorē vtilē iudicat. aliō
eis quos ī filioꝝ gradū adoptare digna
tur. Si autē p̄cepta vite mouēt: q2 in ve
teri lege minora sūt: in euāgelio maiora:
ꝛ ideo putanꝛ nō ad vnū deū vtraq; perti
nere: potest q̇ ħ putat perturbari. si vnus
medicꝰ: alia ꝑ ministros suos imbecillio
ribꝫ: alia ꝑ semetip̄m valentioribꝫ p̄cipi/
at ad reparandā vel obtinēdā salutē. Ut
em̄ ars medicine: cum eadē maneat: neq;
vllo pacto ip̄a mutenꝛ: mutat tn̄ p̄cepta lā
guentibꝫ: q2 mutabilis est nostra valitu/
do. ita diuina ꝓuidētia: cū sit ip̄a om̄ino
incōmutabilis. mutabili tn̄ creature va/
rie ſbuenit: ꝛ ꝓ diuersitate morboꝝ: aliis
alia iubet aut vetat: vt a vicio vn̄ mors
incipit: ꝛ ab ip̄a morte ad naturā suam ꝛ
essentiā ea que deficiūt id est ad nihilū tē
dunt reducat ꝛ firmet. Sed dicis mihi.
Quare deficiunt? Quia mutabilia sunt.
Quare mutabilia sunt? Quia nō summe
sūt. Quare nō sūme sunt? Quia iferiora
sunt eo a q̊ facta sunt Quis ea fecit? Qui
sūme est. Quis hic est? Deꝰ incōmutabi
lis trinitas: quoniā ꝛ ꝑ summā sapiētiaꝫ
ea fecit: ꝛ sūma benignitate ꝯseruat Cur
ea fecit? Ut essent. Ip̄m em̄ quantulūcū
q; esse bonū est: q2 summū bonū est sūme
esse. Unde fecit? Ex nihilo: quoniā q̇c/
quid est quātulacūq; specie sit: necesse est
Ita ꝛ si minimū bonū: tamē bonū erit: ꝛ
ex deo erit. Nā quoniā sūma species sū/
mū bonū est. minima species minimū bo
nū ē. Om̄e autē bonū: aut deꝰ: aut ex deo
est. Ergo ex deo est etiā minima species.
Sane qō de specie: hoc etiā de forma di
ci potest. Neq; em̄ frustra tam speciosissi
mum: q; etiā formosissimū in laude poni
tur. Id ergo est vnde fecit deꝰ om̄ia: qō
nullam speciē habet: nullāq; formaꝫ: qō
nihil est aliud q̄ nihil. Nā illud qō ī cō/
paratione perfectorū informe dicitur: si
habet aliquid forme: quāuis exiguū: q̄/
uis inchoatū nondū est nihil. ac per hoc
id quoq; inquantū est nō est nisi ex deo.
Quapropter etiā si de aliqua īformi ma
teria factus est mundus: hec ip̄a facta est
om̄ino de nihilo. Nā ꝛ qō nondū forma
tum est: tamē aliq̄ modo vt formari pos/
sit inchoatū est: dei beneficio formabile
est. Bonū est em̄ esse formatū. Nō nullū
ergo bonuꝫ est ꝛ capacitas forme: ꝛ ideo
bonoꝝ omniū auctor qui p̄stitit formaꝫ:
ip̄se fecit etiā posse formari. Ita om̄e qō
ē inq̄tū ē: ꝛ om̄e qō nōdū ē inq̄tū esse p̄t
ex deo habꝫ. Qō alio mō sic dꝛ. Om̄e for
matum inq̄tū formatū est: ꝛ om̄e qō nō/
dū formatū ē: inq̄tum formari p̄t: ex deo
habet. Nulla autē res obtinet integrita/
tem nature sue: nisi ī suo genere salua sit.
Ab eo autē est om̄is salus: a quo est om̄e
bonū: ꝛ om̄e bonū ex deo: salus igiꝛ om/
nis ex deo. Hinc iā cui oculi mentis pa
tent: nec pernicioso studio vane victorie
caligant atq; turbantur: facile intelligit
omnia que vicianꝛ ꝛ moriunꝛ: bona esse:
quāq; ip̄m viciū ꝛ ipsa mors malum sit.
Nisi em̄ salute aliqua priuarenꝛ: non eis
noceret viciū vel mors: sed si nō noceret
viciū nullo modo esset viciū. Si ergo sa
luti aduersaꝛ viciū: ꝛ nullo dubitante sa
lus bonū est. bona om̄ia sunt quibus ad
uersaꝛ viciū. Quibꝫ autem aduersaꝛ vici
um ipsa vicianꝛ. Bona sunt ergo que vi
ciantur: sed ideo vicianꝛ: quia non sūma
bona sunt. Que igiꝛ bona sūt: ex deo sūt
Quia nō summa bona sunt: nō sunt deꝰ
Bonū ergo qō viciari nō potest: deꝰ est.
Cetera oīa bona ex ipso sunt: q̄ ꝑ seipsa
possunt viciari: q2 per seip̄a nihil sunt: ꝑ
ip̄m autē partim nō vicianꝛ: partim vici
ata sananꝛ. Est aūt viciū p̄mū aīe rōalis
volūtas ea faciēdi q̄ vetat sūma ꝛ intima
ꝟitas. Ita hō ꝺ ꝑadiso ī ħ seculū expulsꝰ
ē. i. ab eťnis ad tꝑalia. a copiosis ad egena
a firmitate ad īfirma. Nō ergo a bono ſb
stātiali ad malū substātiale: q2 nulla sub/
stantia malū ē: ſʒ a bono eterno ad bonū
tꝑale: a bono sp̄ūali ad bonum carnale: a



TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-298/0417
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG